



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 2. Papæ Nuntii ad Cæsaris alloquium admissi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.
A.C. 1561.

illa edito diplomate Pontificio ad proximam Paschatis hebdomadam currentis anni quingentesimi sexagesimi primi supra millesimum erat indicta, atque ipsemet Pontifex hanc in rem suos nominabat Nuntios, qui ejus Bullam ad cunctos Principes tam Catholicos, quam Protestantibus deferrent, quos inter in Germaniam destinati jam Mense Decembri discesserant, eorumque erant duo Zacharias Delphinus Pharæ in Dalmatia Episcopus, necnon Joannes Franciscus Commendonus Zacynthinus Antistes; porro dudum jam Stanislaus Hosius natione Polonus, ac Varmix Episcopus ad idem regnum profectus in Cæsaris aulam venerat, ibidem subsistere jussus: donec vero hi ambo pariter adventarent, illi, qui jam aderant, de opportunis remediis inter se conferebant.

§. II.

*Papæ Nuntii ad Cæsaris alloquium
admissi.*

*Pallav. l. 8.
num. 3.
Anton. Mar.
Gratiani in
vita Com-
mend. l. 2.
cap. 1.*

Alter die Pontificis Nuntii ad Cæsaris palatium deducebantur, atque præ reliquis præcipue Commendonus perbenigne exceptus erat a Ferdinando, cui literas sibi a Papa commissas tradidit, paucisque Pii IV. mentem exponens hæc effatus est: „Tandem sum-

mus

„mus Pontifex, ut tumultibus propter
 „hærefes magis, magisque indies in-
 „valescentibus obicem poneret, Gene-
 „rale Concilium Tridenti celebrare con-
 „stituit, ut errores, qui Europam in-
 „tot sectas scindunt, dissipentur, firma-
 „taque pace fides, & disciplina ad pri-
 „stinam puritatem revocentur, atque
 „illi, qui damnatis suis opinionibus per-
 „tinaciter adhærent, a veris fidelibus
 „dignoscantur. Hanc in rem promul-
 „gatis literis Apostolicis omnes Chri-
 „stiani Orbis Principes generatim invi-
 „tabat Pontifex, nunc vero speciali
 „favore, ac singulari in Germaniam af-
 „fectu eo insuper me, ac Pharensem
 „Episcopum ablegare voluit, ut cunctos
 „Principes, omnes liberas urbes, totum-
 „que Imperium ad celebrandam Syno-
 „dum, ac componenda Christianæ Rei-
 „publicæ negotia hortaremur: porro
 „ut majori cum facilitate res peraga-
 „tur, ac quilibet absque ullo timore
 „procedere valeat, in futuro Concilio
 „integram securitatem dominari, omni-
 „busque suas querelas, vel dubia expo-
 „nendi libertatem concedi, enixe ex-
 „optat Pontifex, Cæsaremque rogat,
 „ut protinus suos ableget Oratores, qui
 „hujus Synodi initio intersint, suaque
 „auctoritate, ac consiliis piam Pontifi-
 „cis voluntatem suffulciant.

Sæcul. XVI.
 A C. 1561.

A 2

§. III.